



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Gesetze der Westgoten

Wohlhaupter, Eugen

Weimar, 1936

V. Titulus: De commendatis et commodatis // V. Titel: Von anvertrauten
und geliehenen Sachen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69894](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69894)

V. Titulus: De commendatis et commodatis

1. Antiqua. De animalibus in custodiam placita mercede susceptis.¹⁾

Si quis caballum vel bovem aut quodlibet animalium genus placita mercede ad custodiendum susceperit, si id perierit, aliud eiusdem meriti ille, qui commendata vel commodata suscepit, exolvat; si tamen mercedem fuerit pro custodia consecutus vel pro conducto. Quod si ille, qui nullum placitum pro mercedem susceperat, rem mortuam esse probaverit, nec ille mercedem accipiat, nec ab illo aliquid requiratur; ea tamen ratione, ut prebeat sacramentum ille, qui commendata susceperat, quod non per suam culpam neque per negligentiam animal morte consumptum sit; et nihil cogatur exolvere. Eadem et de commodatis forma servetur.

2. Antiqua. De animalibus in angariam prestitis.

Si quis alicui iumentum aut caballum vel aliud animal prestiterit, et per aliquam infirmitatem aput eum, qui accepit, moriatur, sacramentum prebere debeat, quod non per suam culpam neque per negligentiam morte consumptum sit, et nihil cogatur exolvere. Si autem nimium sedendo vel fascies caricando aut quocumque honere vel percussione mortuum fuerit, eiusdem meriti animal domino sine aliqua excusatione restituat. Si vero prestitum animal alicui aliquid debilitatis intulerit vel damni, ille componat, qui eum aput se susceptum habuisse dinoscitur.

3. Antiqua. De rebus prestitis, incendio vel furto exterminatis.

Si alicui aurum, argentum vel ornamenta vel species fuerint commendate, sive custodiende tradite, aut forte vendende, id si perierit vel in domo ipsius, qui accepit, cum

¹⁾ Die Antiquae L. Vis. V, 5, 1 mit 8 schöpfen unmittelbar aus Euricianus 278 mit 285.

V. Titel. Von anvertrauten und geliehenen Sachen

1. Von Tieren, die gegen vereinbarte Entschädigung in Obhut genommen werden.

Wenn jemand ein Pferd oder Rind oder sonst ein Tier um bezugenes Entgelt zur Obhut übernommen hat und es verendet ist, so soll jener, der es anvertraut oder geliehen erhalten hat, eines vom gleichen Werte leisten, sofern er das Entgelt für die Obhut oder Verwahrung erhalten hat. Wenn aber jener, der keine Vereinbarung über ein Entgelt getroffen hatte, beweist, daß es verendet ist, soll weder er ein Entgelt fordern, noch ihm vom anderen etwas abgefordert werden; unter der Voraussetzung, daß jener, der das Anvertraute erhalten hat, den Eid leistet, daß das Tier nicht infolge seiner Schuld oder Nachlässigkeit verendet ist; dann muß er nichts leisten. Das gleiche soll von Geliehenem gelten.

2. Von zur Arbeit geliehenen Tieren.

Hat jemand einem anderen ein Zugtier oder ein Pferd oder sonst ein Tier geliehen und kommt dieses infolge irgendeiner Krankheit beim Übernehmer um, so muß dieser beschwören, daß es nicht infolge seiner Schuld verendet ist und braucht nichts zu leisten. Ist es aber umgekommen, weil man zu viel darauf gefessen oder weil man ihm zu viele Bündel aufgeladen hat oder infolge einer Last oder eines Schlages, so erstatte er ohne irgendeine Entschuldigung dem Eigentümer ein Tier gleichen Wertes. Hat das geliehene Tier jemandem irgendeine Verletzung oder einen Schaden zugefügt, so büße das, wer es in kundbarer Weise bei sich aufgenommen hatte.

3. Von geliehenen, durch Brand oder Diebstahl abhandengekommenen Sachen.

Wenn jemandem Gold, Silber oder Schmucksachen oder Früchte anvertraut, oder zur Obhut oder etwa zum Verkauf übergeben worden und dann untergegangen oder im Hause des

rebus eius fuerit incendio concrematum, una cum testibus veniat et brevem det ille, qui commendata susceperat, et prebeat sacramentum, quod nihil exinde suis profuisset compendiis, et nihil cogatur exolvere, excepto aurum et argentum, quod ardere non potuit.

Et si quis, dum domum flamma consumit, se quasi auxilium prebiturus ingesserit et aliquid forte rapuerit, dominus domus diligenter inquirat, et si eum invenire potuerit, ille, qui rapuerit, in quadruplum rapta restituat. Et si de commendatis rebus aput susceptorem aliquid forte reppererit, domino restituere non moretur.

Si vero que commendata fuerant furto probantur ablata, ei, qui commendata susceperat, spatium tribuatur, ut ordo docet, donec furem sua investigatione perquirat. Et si eum invenerit, commendatori res suas proprias tantummodo reformare cogatur; compositio vero furti ad eum, qui habuit commendata, pertineat. Certe, si fur non fuerit infra statutum tempus inventus, medietas rerum commendatarum domino a suscipiente reddatur, ut damnum ex medio uterque sustineant. Et si postmodum dominus rerum aput eum, cui commendaverat, que fuerant suppressa forte reppererit, cum hec ille se prius dixerit perdidisse vel furto fuisse sublata, sicut fur pro his, que celabit, secundum legum statuta compositionem implere cogatur.

4. Antiqua. De pecunia perdita et usuris eius.

Si quis pecuniam sub cautione susceperit, daturus usuras, si per casu pecunia perierit, non culpa aut neglegentia debitoris, ille, qui pecuniam commendavit, solam pecunie summam recipiat et non requirat usuras. Si vero per ipsius fraude vel culpa factum est, et pecuniam et usuras solvat. Quod si

Empfängers zusammen mit dessen eigener Habe durch Brand vernichtet worden sind, so erscheine, wer das Anvertraute übernommen hatte, zusammen mit Zeugen und bringe ein Verzeichnis und schwöre einen Eid, daß nichts davon zu seinem eigenen Vorteil geworden sei; und er muß nichts leisten, ausgenommen das Gold und Silber, das nicht verbrennen konnte.

Und wenn jemand, während die Flamme ein Haus verzehrt, sich scheinbar wie ein Hilfsbereiter benimmt und dort etwas entwendet, so forsche der Herr des Hauses sorgfältig nach und, wenn er ihn hat entdecken können, so soll der Dieb vierfach das Gestohlene ersetzen. Und findet (der (Haus)herr) zufällig bei einem Fehler etwas von den anvertrauten Sachen, so zögere er nicht, es dem Eigentümer zurückzugeben.

Wenn aber anvertraute Sachen nachweislich durch Diebstahl abhanden gekommen sind, so werde jenem, der sie anvertraut erhalten hatte, eine Frist gesetzt, wie es in Ordnung ist, um den Dieb durch seine Nachforschung zu ermitteln. Und hat er ihn gefunden, so muß er dem Hinterleger sein Eigentum — aber nur dieses — wieder verschaffen; die Diebstahlsbuße aber gebühre dem Verwahrer. Wird jedoch der Dieb nicht innerhalb der festgesetzten Frist entdeckt, so soll dem Eigentümer der halbe Wert der anvertrauten Sachen vom Verwahrer erstattet werden, damit den Schaden jeder zur Hälfte trage. Wenn aber später der Sacheigentümer bei dem Verwahrer unterschlagene Sachen entdeckt, während dieser früher erklärt hatte, er habe sie verloren oder sie seien ihm durch Diebstahl entwendet worden, so muß er, wie ein Dieb für das, was er verhehlt hat, nach den Vorschriften der Gesetze Buße leisten.

4. Von verlorenem Geld und seinen Zinsen.

Hat jemand Geld unter Schuldurkunde gegen Zinsverpflichtung empfangen und geht das Geld zufällig zu Verlust, nicht infolge Schuld oder Nachlässigkeit des Schuldners, so soll der Geldgeber nur die Kapitalsumme zurückfordern und keine Zinsen verlangen. Ist es aber infolge Arglist oder Schuld des anderen geschehen, so leiste dieser Kapital und Zinsen. Und hat der irgend-

aliqua lucra est ex ea pecunia consecutus, et postmodum contingat, ut pecunia pereat, si tanta sunt lucra, quanta pecunia fuit, et pecuniam et usuras restituat.

5. Antiqua. De rebus commendatis et casu quocumque in naufragium missis.

Qui commendata susceperit vel commodata et de ruina aut incendio vel hostilitatis naufragio seu quolibet simili casu sua omnia liberaverit et aliena perdiderit, quod accepit sine aliqua excusatione cogatur exsolvere. Si vero partem aliquam de rebus propriis liberasse cognoscitur, illi, cuius res secum habuerat, iuxta modum perditae rei vel liberatae restituat, qualem iudex rationem deducta estimaverit portionem.

Sin autem sua omnia perdiderit, cum liberaret aliena, et de liberatis et de perditis rebus similis ratio deducatur, ut partem arbitrio iudicantis qui liberabit accipiat. Iustum est enim in simili casu, ut ille non damnum solus excipiat, qui se gravibus obiecerit periculis, et dum aliena minora conatur liberare, sua maiora cognoscitur perdedisse.

6. Antiqua. De rebus servo nesciente domino commendatis.

Quod nesciente domino servo fuerit commendatum, si id perierit, nec dominus nec servus ullum damnum incurrant. Suae enim inputet culpe, qui servo alieno res suas commendaverit domino nesciente. Si vero alicuius rei¹⁾ animal sit, et per fraudem pastorum diminutum repperiatur, hec reddere compellatur. Similis et de commodatis forma servetur, si fraude aut malitia consumpta aut dissipata noscuntur.

¹⁾ Andere Handschriften haben statt rei die Lesarten: speciei oder generis.

welche Gewinne gezogen mit Hilfe des Geldes und geschieht es, daß das Geld untergeht, so gebe er, soferne der Gewinn soviel ausmacht, als das Kapital betrug, Kapital und Zinsen zurück.

5. Von anvertrauten Sachen, die durch Zufall bei einem Unglück untergegangen sind.

Wer Gut anvertraut oder geliehen erhalten hat und bei einem Hauseinsturz oder Brand oder widrigem Schiffbruch oder einem sonstigen ähnlichen Unglück all das Seinige gerettet, das Fremde aber verloren hat, muß ohne alle Widerrede, was er erhalten, ersetzen. Hat er aber nur einen Teil seiner eigenen Sachen gerettet, so soll er dem, dessen Sachen er bei sich hatte, nach dem Verhältnis der verlorenen und geretteten Sachen jenen Teil zurückerstatten, den der Richter nach abgelegter Rechenschaft für angemessen erachtet.

Hat er aber all das Seinige verloren, während er das Fremde gerettet hat, so soll über die geretteten und verlorenen Sachen in ähnlicher Weise Rechenschaft abgelegt werden, damit einen Teil nach Ermessen des Richters der Retter erhalte. Es ist nämlich gerecht, daß in solchen Fällen nicht der allein den Schaden trage, der sich schweren Gefahren ausgesetzt hat und, während er fremde, geringfügigere Habe zu retten versucht, seine eigene umfangreichere Habe verlor.

6. Von Sachen, die ohne Wissen des Herrn einem Knecht anvertraut worden sind.

Wenn das zu Verlust geht, was ohne Wissen des Herrn einem Knecht zur Verwahrung übergeben wurde, so soll weder dem Herrn noch dem Knecht daraus ein Nachteil erwachsen. Seiner eigenen Schuld hat es zuzuschreiben, wer einem fremden Knecht seine Sachen anvertraut ohne Wissen des Herrn. Wenn es aber irgendein Tier ist und infolge Tücke der Hirten zu Schaden gekommen ist, das muß man erstatten. Die entsprechende Vorschrift soll auch bei geliehenen Sachen beachtet werden, wenn sie durch Trug oder Bosheit vernichtet oder vertan worden sind.

7. Antiqua. Si servus mentiatur dominum petere commodanda.

Si dominus per servum suum quodcumque sibi petierit commodandum, et servus cum rebus commodatis in fuga fuerit elapsus, tunc dominus obligetur, ut commodata restituat. Si vero servus petisse dominum mentiatur et sic quasi deportanda ad dominum susceperit, et que susceperit aut evertat aut forte perdiderit, et fugitivus non potuerit inveniri, dominus servi prebeat sacramentum, se eundem servum, ut susciperet, non misisse, et cum id peteret, ignorasse; et nihil calumnie pertimescat. Servum tamen tam dominus quam ille, qui commodavit, querere sollicite procurabunt. Haec eadem et de commendatis precipimus custodire.

8. Antiqua. De reddendis usuris.

Si quicumque pecuniam commodaverit ad usuram, non plus per annum quam tres seliquas de unius solidi pascatur¹⁾ usuris; si tamen fuerit, unde detur. Et de solidis octo nonum solidum creditori, qui pecuniam ad usuram dedit, exolvat; et sic summam pecunie et usuras ille, qui dederat, a debitore recipiat. Quod si cautionem ultra modum superius comprehensum per necessitatem suscipientis creditor extorserit, condicio contra leges inserta non valeat. Si quis autem contra hordinationem hanc fecerit, eam rem, quam commodaverat, recipiat, et que caute fuerant in nullo solvantur usure.

9. Antiqua. De usuris frugum.

Quicumque fruges aridas et humidias, id est: vinum et oleum, vel quodcumque annone genus alteri commodaverit, non plus ab eo propter usuram quam tertiam partem accipiat; id est, ut super duos modios qui accepit tertium

¹⁾ Eine Handschrift hat: paciscatur.

7. Wenn ein Knecht lügenhafterweise vorgibt, sein Herr erbitte etwas als Leihgabe.

Hat sich ein Herr durch seinen Knecht irgend etwas zur Leihe ausbitten lassen und ist der Knecht mit dem Geliehenen flüchtig gegangen, so soll sein Herr verpflichtet sein, das Geliehene zu ersetzen. Hat aber der Knecht gelogen, sein Herr lasse darum bitten, dann etwas empfangen, gleichsam um es seinem Herrn zu überbringen, hat er dann aber das Empfangene vertan oder etwa verloren und kann der Flüchtling nicht aufgefunden werden, so leiste der Herr des Knechtes einen Eid, daß er den Knecht nicht entsandt habe um (die Sache) entgegenzunehmen und nichts von dessen Ersuchen gewußt habe, und er braucht dann keinen Rechtsnachteil zu fürchten. Den Knecht aufzufinden, soll sowohl der Herr als der Verleiher nachdrücklich bedacht sein. Das Gleiche zu beachten schreiben wir für anvertraute Sachen vor.

8. Von Entrichtung von Zinsen.

Wenn jemand Geld auf Zins geliehen hat, so vereinbare er nicht mehr an Zins für das Jahr als 3 Siliquen von einem Schilling; vorausgesetzt, daß vorhanden ist, wovon entrichtet werden kann. Und (der Schuldner) gebe von 8 Schillingen den 9. dem Gläubiger, der das Geld auf Zins ausgetan hat; und so empfangen die Kapitalsumme und die Zinsen der Geldgeber vom Schuldner. Wenn der Gläubiger eine Schuldburkunde über das obengenannte Maß hinaus unter Ausbeutung der Notlage des Empfängers abgenötigt hat, soll die gegen die Gesetze eingefügte Klausel nicht gelten. Wenn aber jemand gegen die Anordnung verstößt, so nehme er die geliehene Sache zurück und die vereinbarten Zinsen brauchen keinesfalls geleistet werden.

9. Von Fruchtzins.

Wer trockene Früchte oder nasse Früchte, d. h. Wein und Öl oder sonstige Lebensmittel einem andern leiht, soll als Zins von ihm nicht mehr als den dritten Teil erhalten; das heißt, der Empfänger soll zu zwei empfangenen Scheffeln einen dritten

reddat. Quam legem ad solas fruges precipimus pertinere; nam de pecunia commodata secundum superiorem legem valere et observare censemus.

10. Antiqua. Cui debeant testamenta vel scripture commendate restitui.

Testamentum ab eo, cui fuerit commendatum, posteaquam hoc ante testes publicaverit, sicut est in legibus constitutum, illi, qui maiorem partem de eodem testamento est consecuturus, reddatur heredi. Quod si alii redditum fuerit vel adversario eius traditum, qui tradiderit, duplam compositionem restituat, quam illi, cui fraudulentus fuerit, inferre voluerat. Illas vero scripturas, que simul tradi partibus debent, si commendatas quicumque susceperit, id est: testamenta, iudicia, pacta, donationes vel cetera talia, si alteri altero absente tradiderit, ille, qui dederat, revocet quod dedit, et omnibus, quibus in commune debebatur, restituere non moretur.

VI. Titulus: De pigneribus et debitis

1. (Recessvindus.) De non pignerando.

2. Antiqua. De pignere deposito et furato.

Si quis pignus alteri deposuerit pro aliquo debito, et illud ipse, qui deposuerit, furatus fuerit, pro fure teneatur.

3. Antiqua. De pignere, si pro debito deponatur.

Pignus, quod pro debito deponitur, si per cautionem fuerit obligatum, et ille, qui pignus deposuerat, ad tempus constitutum debitum reformare dissimulet, post diem cautionis exactum usque ad decem dies pignus salvum suo domino reservetur aut eidem domino, si in propinquo est, reportetur, adque, ut restituat debitum, moneatur. Quod si per negligentiam suam debitor ad diem constitutum adesse neclexerit aut debitum inplere distulerit, addantur usure. Ceterum si

zurückgeben. Dieses Gesetz soll sich nur auf Früchte beziehen; denn bei Gelddarlehen soll es nach dem obenstehenden Gesetz gehalten werden.

10. Wem anvertraute Testamente und Urkunden zurückzugeben sind.

Ein Testament soll der, dem es übergeben wurde, nachdem er es, wie gesetzlich vorgeschrieben, vor Zeugen eröffnet hat, dem Erben übergeben, der auf Grund des Testamentes den größten Teil erhalten soll. Hat er (der Verwahrer) es einem andern übergeben oder dem Gegner (des Bedachten), so soll er dem Hintergangenen doppelt das büßen, um was er ihn schädigen wollte. Hat jemand Urkunden zur Verwahrung erhalten, die gleichzeitig allen Beteiligten übergeben werden sollen, nämlich Testamente, Gerichtsurteile, Verträge, Schenkungsurkunden usw. und sie einem (Beteiligten) in Abwesenheit des andern ausgeliefert, so soll der Auslieferer die Hingabe widerrufen und nicht zögern, allen das zukommen zu lassen, was ihnen gemeinsam gebührte.

VI. Titel: Von Pfändern und Schulden

1. Vom Pfändungsverbot.

2. Von gesetztem Pfande, das entwendet wird.

Hat jemand einem andern wegen irgendeiner Schuld ein Pfand gesetzt und hat es der Pfandbesteller selbst entwendet, so gelte er als Dieb.

3. Von einem um Schuld gesetztem Pfande.

Ist ein Pfand um Schuld gesetzt und durch Urkunde verhaftet und erfüllt der Pfandbesteller die Schuld nicht zur vereinbarten Zeit, so soll nach Ablauf des in der Urkunde festgesetzten Tages das Pfand noch 10 Tage lang zur Lösung für den Eigentümer verwahrt werden oder dem Eigentümer, wenn er in der Nähe wohnt, angeboten werden mit der Aufforderung, die Schuld zu begleichen. Wenn der Schuldner aus Nachlässigkeit sich am vereinbarten Tage nicht einfindet oder mit der Leistung in Verzug kommt, sollen Zinsen dazu geschlagen werden. Wenn er auch